De la Lib.a del Coll.o mor de Cuenca



DOMINICI ARUMÆI JCTI.

Diſcurſus ad Auream Bullam CAROLI IV. IMPER. ROM.

iterum editi & iterum aucti

ab

ERNESTO FRIDERICO SCHRÖTERO, J.U.D et PROF. PUBL.

JENÆ
Impenſis Blaſij Lobenſteins,
Anno MDCLXIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

IN EFFIGIEM

DN. DOMINICI ARUMÆI ICTI: HÆREDITARY IN LOBEDAU ET JESCH-
witz: Conſil: Sax. Anteceſsoris Jenenſis Celeberrimi. Facultat. Jurid.
Senioris. Curiæ Provinc. et ſcabinatus Aſſeſſoris etc.
ære in ſculptam.

Hac ARUMÆUM gravitate venuſtat honorá,
artifici, facies, effigiata manu.
Ingenii ac mentis ſculpi negat enthea virtus,
tentaverit ſi vel dextera Praxitelis.

Ipſius at impreſſit ſcriptis veſtigia dudum,
cum Themide applaudit quic̃ potest aliq; Solon.
Iſta vide Lector. Vultus ac corporis umbra
in tabula: in libris mentis imago viget.

Fec. M. Philippus Horſt Brunsvigâs Poët: Laur. Cæſar Orator. in Salana Prof. P.

Johan. Dürr sculp.

DOMINICI ARUMÆI ICTI
ET ANTECESSORIS QVONDAM IN ALMA
SALANA CELEBRATISSIMI

DISCURSUS
AD AUREAM BULLAM
CAROLI IV. IMP. ROM.

iterùm editi,
&
in quibusdam ex Neotericorum
ſcriptis aucti
AB

ERNESTO FRIDERICO
SCHRÖTERO, I. V. D.
ET PROF. PUBL.

IENÆ,
Impenſis Blaſii Lobenſteins.

DISCURSUUM ACADEMICORUM

Ad Auream Bullam CAROLI QVARTI ROMAN. IMPERATORIS,

CAPUT PRIMUM.

I.

CUm Jus noſtrum aliud publicum aliud privatum ſit *l. 1. ff. de juſt. & jur. §. fin. Inſt. eod.* illud verò definiatur, quod ad ſtatũ rei Romanæ ſpectat; hoc verò, quod ad ſingulorum utilitatem pertinet *d. l. 1. & §. fin.* minimè juris publici cognitio illos, qui ſe Juris Studioſos, quo nomine Juriſconſulti modeſtè honorantur in *l. 1. ff. de offic. Adſeſ.* profiteri ſatagunt, effugere debet *Heig. l. 1. quæſt. 11. n. 1.* nam cum publicæ rei directio ipſorum diſcretioni committi ſolet, utique ſi non quis ſtatus ejus ſit, quibusvè mediis ad eum devenerit & conſervari poſſit, abſque eo in ſequiorem deflecti valeat, in promtu teneant, neutiquam ſummæ rei utiliter conſulere poterunt, ad illa ait *Livius l. 1. hiſt.* quisque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros, quibusvè artibus domi militiæque & partum & auctum imperium ſit, ut mirari non injuria liceat, noſtrates magno molimine, quæ privatorum in rerum ſuarum directione poteſtas ſit, explicaſſe, ne per tranſennam verò quæ Imperatoris,